❧ חַלְחוּל Ciuitas est, quam sors Iudę tribui dedit.

❧ חֲלַח Locus est, in quē Salmanasar Assyriorū rex deuastata Samaria Israëlitas transtulit. Sic enim in Regū leges uolumine וַיֶּגֶל מֶלֶךְ אַשּׁוּר אֶת יִשְׂרָאֵל אַשּׁוּרָה וַיַּנְחֵם בַּחְלַח וּבְחָבוֹר נְהַר גּוֹזָן וְעָרֵי מָדָי

❧ חלן siue חלון Ciuitas est, quæ forte tribui

ce tribui Iudæ obtigit.

* חֲלֶה Municipiũ eſt, quod apud Io-ſyam Napthaliæ tribus terminus habetur.

* חָלָק Syriæ mons eſt, de quo ita Io-ſya loquitͤ inquiens וְעַד הָהָר הֶחָלָק הָעֹלֶה שֵׂעִירָה

* חֶלְקָת ciuitas eſt, quæ de Aſſeris tribu Leuitis, affirmante Ioſya, eſt data.

* חֶלְקַת הַצֻּרִים id eſt ager robuſtorũ locus in Bẽiaminia tribu ſitus iacet, nõ ꝑcul ut Samuel refert, à Gibeõe.

* חָם Ægyptus, Ab Hamo Noæ ui filio, hoc ſibi uẽdicat nomen, Quod & Diuus Hieronymus in hebraicis quæſtionibus adſirmat dicens. Æ-gyptus

gyptus usq; hodie Ægyptiorum lin
gua. Nam dicit Dauid Psalm. 105.
וַיָּבֹא יִשְׂרָאֵל מִצְרָיִם. וְיַעֲקֹב גָּר
בְּאֶרֶץ חָם Porrò hunc Hamũ Bero
sus chaldęus, eo quod magiæ esset
studiosissimus, Zoroastren nomen
consecutum esse tradit

✱ חַמּוֹן ✱ Ciuitas est. Quæ secundum
autorem Paralipomenon, sorte in
Naphthaliam cecidit tribum.

✱ חֲמַת Hæc Eusebio Epiphania, alijs
uero Antiochia dicitur. Ciuitas est
q̃ munitissima, ut ex ipso Iosya colli-
gitur, in Naphthalia tribu. Inde fini
tima etiã regio nomen accepit. Cu-
ius Regũ histor. his meminit uerbis
וַיַּךְ אֹתָם מֶלֶךְ בָּבֶל וַיְמִיתֵם בְּרִבְלָה

בְּאֶרֶץ חֲמָת Porrò in 2. Paral. libro חֲמַת צוֹבָה legitur, & ab Amoso uate, propter magnitudinẽ חֲמַת רַבָּה uocatur. Hæc urbs suum deũ in capri figura coluit.

* חֻמְטָה Iosyæ ciuitas est, in Iudæ tribu.

* חַמּוֹת דֹּאר Ciuitas est, quæ de Naphthalia tribu, non solum Leuitis immò etiã & profugis homicidis, pro tutissimo asylo est adsignata.

* חֲנוֹךְ ciuitas est, quã Cainus extruxit, illiq; filij nomen indidit.

* חֲנַנְאֵל Turris est, in Hierosolymorũ urbe, fortasse à cõditore id nominis sortita est.

* חָנֵס Ægypti ciuitas est, secũdũ Lyranũ, in cõment. super Esaiam.

* חַמַּת Hęc ciuitas Aſeris tribus terminus eſt Ioſyæ.
* חֵפֶר Zabuloniæ tribus ciuitas ęſt, quam Ioſya dux expugnauit.
* חֲפָרַיִם in Zabulonis tribu oppidũ eſſe legitur.
* חָצוֹר Vrbs in Naphthalia eſt tribu. Hæc multorũ regnorum caput fuiſſe traditur à Ioſya, apud quem etiam duas alias eiuſdem nominis ciuitates, in Iudæ ſorte inuenimus, è quibus altera nonnunquam חֶצְרוֹן uocitatur.
* חֲצַר אַדָּר Villæ nomen eſt.
* חֲצַר גַּדָּה Oppidum eſt, quod à Ioſya Iudæ tribui adſcribitur.
* חֶצְרוֹן Quæ & חָצוֹר ciuitas eſt tribus

bus Iudæ Iosya חֶצְרוֹן הִיא חָצוֹר

* חֲצֵרוֹת * Locus est in solitudine, ubi Israëlitę XIIII mansionẽ habuerũt.

* חֲצַר סוּסָה * uel חֲצַר סוּסִים Ciuitas est, in Simeonis tribu, Iosyæ.

* חֲצַר עֵינָן * Iudææ terminus Ezechieli ad occidentem est.

* חֲצַר שׁוּעָל * Duæ sunt huius nominis ciuitates, una in Iudæ, altera in Simeonis tribu, apud Iosyam.

* חַצְצוֹן תָּמָר * Ciuitas est, quæ aliâs עֵין גֶּדִי uocatur, ab autore Paralip. cuius hæc sunt uerba וְהִנָּם בְּחַצְצוֹן תָּמָר הִיא עֵין גֶּדִי

* חֻקֹּק * Ciuitas est, quæ Naphthali æ tribus terminus habetur.

* חֹרֵב * Ab Hieronymo סִינַי ab alijs

* חָרְמָה Aliàs, ut Iudicum liber docet צְפַת dicta, ciuitas est, in tribu tã Iudæ quam Simeonis, Iosyæ. Ciuitati post deuictam Chananæorũ gentem, Moses quondã nomen indidit quod hijs testatur uerbis וַיִּתֵּן אֶת הַכְּנַעֲנִי וַיַּחֲרֵם אֶתְהֶם וְאֶת עָרֵיהֶם וַיִּקְרָא שֵׁם הַמָּקוֹם חָרְמָה

* חֳרֵם Ciuitas est, quã sors Naphthaliæ tribui destinauit, apud Iosyam.

* חֶרְמוֹן Amoræorũ mons est, Hic ut Mos: in 5. memorat lib. ab Amoreis שְׂנִיר à Sydonijs uero שִׂרְיוֹן appellat. Verba Mos. sunt צִידֹנִים יִקְרְאוּ לְחֶרְמוֹן שִׂרְיוֹן וְהָאֱמֹרִי יִקְרְאוּ לוֹ שְׂנִיר Porrò idẽ in eodem lib. autor est, hunc quoq; שִׂיאֹן nominari, cũ

ita ſcriptum reliquit וְעַר־הַר שִׂיאֹן הוּא חֶרְמוֹן

* חָרָן Carrhę ciuitas Meſopotamię eſt, morte Therachi inſignis, à Carrha Syriæ fluuio, nomen inuenit Stephano. Ibi Romanus cæſus eſt exercitus & Craſſus dux à Surena Parthorum Imperatore dolo captus. Lucanus: Aſſyrias latio maculauit ſanguine Carrhas.

* חוֹרֹנַיִם Ciuitas ſecundum Eſaiam atq; Hieremiam, Moabitarum eſt.

* חֶרֶס Mons eſt unà cum ciuitate, ubi olim Amoræi populi, ſicuti in Iudicum hiſtoria, legit, habitarunt.

* חֲרֹשֶׁת הַגּוֹיִם Hæc ciuitas, ſecundum Ioſephum lib. 5. antiquitatum

iudæ

iudaicarum, super paludem Sama-
chonitidem sita est.

* חֲרֶת * Villa est Hieronymo, ad occi
dentalem Hierosolymorũ plagam

* חֶשְׁבּוֹן Ciuitas est Sihonis Amorę
orum regis, hanc postea, in diuisio
ne, tribus Gaddi possedit in qua nõ
solum Leuitæ habitabant, imò etiã
homicidis profugij locus fuit.

* חֶשְׁמוֹן Iudæ trib. est municipiũ.

* חַשְׁמֹנָה Ibi, ut Moses in 4. libro
recensuit, XXVI Israëlitarum man
sio fuit.

* חִתִּים Hitæi sunt populi, qui ab Hi
to Chananęi filio, originem trahũt:
hos Israëlitæ quondã prælio deuice
runt. Diuo aũt Hieron. חִתִּים Cy
prus insula est.

* חֶתְלוֹן * Terminus est Iudææ, secundum Ezechielem, ad septentrionalem plagam.

טבת In Chananæa regione, locus est ut Iudicũ refert historia ubi Madianitæ terga uertere.

* טֶלֶם * Ciuitas est, quæ tribui (sunt. Iudæ à Iosya adscribitur.

* טַרְפְּלַיֵא * Populi sunt, quorum ab Ezra facta est mentio.

יבוס uel יְבוּסִי Hierosolymorũ urbs est, quod affirmat autor in 1. Paralip. lib. hijsce uerbis יְרוּשָׁלַיִם הִיא יְבוּס: וְשָׁם הַיְבוּסִי יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ Id etiam Iosya non negat וְהַיְבוּסִי הִיא יְרוּשָׁלַיִם urbi à Iebusæo Chananæi filio, unde Iebusei

ſæi quoq; populi appellationem re
tinent, eſt inditum nomen.

* יַבְנְאֵל Oppidum eſt, quod Naph-
thaliæ tribus terminus habetur.

* יַבְנֵת Paleſtinę ciuitas eſt.

* יִבְלְעָם in Ioſyæ libro, hęc ciuitas
Manaſſis adſcribitur tribui.

* יַבֹּק Fluuius, qui ſecũdum Ioſyam
Ammonitarũ limes eſt. Hic in Ior-
danem tandem profluit.

* יָבֵשׁ גִּלְעָד Ciuitas eſt, in Gileado
monte. Cuius ciues Saulis regis ſe-
pelierunt cadauer.

* יָגְבְּהָה Chananæę ciuitas eſt, quã
Gaddi poſteri, ut Moſes in quarto
tradit libro, magnificis exorna-
runt ædificijs. Ibi Madianitarum

hostium exercitus à Gideone duce fusus est.

* יָגוּר Ciuitas est, quam Iudæ trib. missa sorte obtinuit.

* יְהוּדָה Iudæa est. Nahumus uates חָגִּי יְהוּדָה חַגַּיִךְ Hieremias in Threnis גָּלְתָה יְהוּדָה מֵעֹנִי Hæc à Iuda Iacobi filio ita uocari cœpit. Inde Iudæ tribus quæ in diuisione terrã ad austrum possedit, nomenclaturã sortita est, à regione etiam quæ antea Chananæa dicta fuit, יְהוּדִים hoc est Iudæi appellationem seruãt, & non ab Ida Cretæ mõte, ut Cornelius Tacitus in XXI suarum historiarum libro fingit.

* יְהוָה יִרְאֶה Nomen est loci, cuius

Moses

Moſes in primo libro ita meminit:
וַיִּקְרָא אַבְרָהָם שֵׁם הַמָּקוֹם הַהוּא
יְהוָה יִרְאֶה אֲשֶׁר יֵאָמֵר הַיּוֹם בְּהַר
יְהוָה יֵרָאֶה

* יַהְצָה Ciuitas, quæ de Rubenia tribu Merari nepotibus eſt attributa.

* יֻטָּה ciuitas eſt, quæ ædita ſorte Iudæ tribui obuenit.

* יָוָן Ionia ab Ione Iapeti filio nominata eſt. Is enim ſecundum Ioſephũ lib. 1. ant. iud. Ioniæ & Ionio mari, ſuum reliquit nomen. Quod etiam Velleius Paterculus his cõteſtať uerbis, dicẽs. Nam & Iones, duce Ione profecti Athenis, nobiliſſimã partẽ regionis maritimæ, occupauere, Quæ hodieq; appellatur Ionia Cice

ro Athenarum populus gēs Ionum habetur.

* יִרְאֵל Ciuitas est, quæ in sortem tribus Iudæ, apud Iosyam cecidit.

* יָטְבָה Hæc in ultimo hebræorum Regum libro ciuitas est.

* יָטְבָתָה Ibi secūdū Mosen in 4. lib. xxx Israëlitarū mansio fuit. Quā idem in 5. ita ab humiditate aquarum cōmendat dicens יָטְבָתָה אֶרֶץ נַחֲלֵי מָיִם

* יֻטָּה Ciuitas est, quæ Leuitis è Iudæ uel Simeonis tribu est data.

* יָכִין Dexteræ columnæ nomen, ut Regum historia testatur, in Salomoniaci templi porticu fuit.

* יַם מַעֲרָבָה id est lacus Arabicus.

Nam

Nam à Zoara usq; ad Arabes pro-
trahit̃, aliâs Iosya autore יַם הַמֶּלַח
uocitat̃. Is enim in suo libro ita scri-
bit יַם הַמֶּלַח יַם הָעֲרָבָה עַל
* יַם כִּנְּרוֹת uel כִּנֶּרֶת Genesareticus
lacus est, iuxta כִּנֶּרֶת ciuitatem, unde
nomen accepit, situs. Aliâs Galileæ
seu Tiberiadis mare appellat̃. Is XL
stadijs, teste Iosep. libro 3. belli iud.
in latitudine diffunditur, centumq;
in longitudine extenditur. Per hũc
medium Iordanis Iudææ amnis pro
fluit. Porrò C. Ptolomeus, cur ex
hoc duo s faciat, non uideo.
* יַם הַמֶּלַח id est, Lacus salsus,
in ea Syriæ prouintia est, quæ
olim

olim pentapolis appellata fuit. Hic à nonnullis mare mortuum dicitur, eo quod nihil uiuum gignat, ab Hierosolymis, ut autor est Iosephus lib. 15. antiq. iud. ducentis distat stadijs Grauissima quæque si in eũ proiecta fuerint, magna facilitate refert, non uno in loco, ut idem lib. 5. belli iud. tradit nigras bituminis glebas profert, quæ super aquam natant, tauris per omnia sine capitibus similes atque adeò à bitumine, quod structuræ nauium & corporum curæ adhibet, græco sermone λίμνη ἀσφαλτῖτις uocatur. Latitudo eius CL. patet stadijs. Longitudo uero DLXXX est stadiorum. Aliâs etiam יָם הָעֲרָבָה

item

item & עֵמֶק הַשֹּׁרִים nuncupatur.
* יַם סוּת Rubrum eſt mare. Quod in hebræa lingua, non à colore undarum, nec ab Erythro rege, ſed à carecto ſiue iūcis, cognomē ſeruat.
* יָנוֹחַ uel יָנוֹחָה Ciuitas eſt, quæ Ephraimi tribus apud Ioſyam limes habetur.
* יָנוּם Ioſyæ in tribu Iudę ciuitas eſt.
* יַעְזֵר Ciuitas Amoræorum, quæ Leuitis & homicidis pro aſylo è Gaddi tribu eſt attributa.
* יְעָרִים Hieronymo ciuitatis, alijs uero montis nomen, in Iudæ tribu ad aquilonem eſt, Ioſya וְעָבַר אֶל כֶּתֶף הַר יְעָרִים מִצָּפוֹנָה הִיא כְסָלוֹן
* יָפוֹא uel יָפוֹ Ioppe oppidum uetuſtiſſimū

stissimũ in curuę Syrię orã, sitũ, unà cum portu, qui à barbaris nunc zappo appellatur. Hic Strabo ait Andromedam beluæ marinæ fuisse expositam, à Perseoq́ postea liberatã. De hac urbe ita Plinius scribit. Ioppe Phœnicum antiquior terrarum inundatione, ut ferunt, insidet collẽ præiacente saxo, in quo uinculorũ Andromedę uestigia ostendunt. Colitur illic fabulosa Derceto. Vetustã esse urbem Mela quoq; adfirmat, cuius hæc sunt uerba: Iope, ut ferunt, ante diluuium condita; ubi Cephea regnasse eo signo accolæ asserunt, quod titulum eius, fratrisq́ eius Phinei ueteres quædam aræ

cum

cum religione plurima retinent.

* יַפְלֵטִי * Ciuitas eſt in Ephraimi tribu, Ioſephi filiorum terminus apud Ioſyam.

* יַפִיעַ * Oppidum, quod ſecundum Ioſyam, Zabulonię tribus limes ſeu terminus eſt.

* יִפְתָּח * Ciuitas eſt, quæ Ioſya autore, in ſortem tribus Iudæ cecidit.

* יָקְרְעָם * Ciuitas eſt, quę Iudę tribui dum Iſraëlitæ ſortirentur obtigit.

* יֶקֶב זְאֵב * Locus eſt, qui à Zeebo Madianitarum principe, ibidem ſecuri percuſſo, nomen habet.

* יָקְמְעָם * Ciuitas eſt, cuius Regum liber meminit.

* יָקְנְעָם ciuitas prope Carmelum de Zabulonia tribu, ut Iosya memoriæ prodidit; Leuitis est data.

* יָקְתְאֵל Ciuitas tribus Iudæ est, Eusebio petra, Syris uero רֶקֶם dicitur, aliâs סֶלַע dicta.

* יִרְאוֹן Naphthaliæ tribus ciuitas esse dicitur.

* יָרֵב Assyriæ ciuitas est, cõmentatori hebræorum in cõmentario super Oseam.

* יַרְדֵּן Iordanis, qui à Dana ciuitate nomen habet, Iudææ amnis eximię dulcedinis est. Solino Paneadis, Egesippo uero Iosephoq; Phialæ fonte decurrẽs, regiones perquam amœnas, præterlabit̃, mox in lacum quẽ complu

cōplures Genesaram uocant se fundit. Deinde mare mortuum dirum natura petit, à quo postremū absorbetur, aquasq; laudatas perdit pestilentibus mixtas.

* יְרֵחוֹ uel יְרִיחֹת Hiericus ciuitas est opulentissima in Bēiamini tribu, autore Iosepho lib. 5. belli iudaici, ab Hierosolymis 150. & ab Iordane 60 distat stadijs, oppido quā nobilis palmetis & balsamis uiridarijs. Ideo etiā aliàs palmarū ciuitas à Mo. in 5. dicitur libro וְאֶת־הַכִּכָּר בִּקְעַת יְרֵחוֹ עִיר הַתְּמָרִים עַד צוֹעַר & pariter à Paralipom. autore וַיְבִיאוּם יְרֵחוֹ עִיר הַתְּמָרִים

* יְרוּשָׁלַיִם Hierosolymorum urbs

Iudeæ metropolis à Melchisedecho teste Iosepho, condita. Aliâs שָׁלֵם à Solymis montibus. Stephano item & יְבוּס à Iebusæo Chananæi filio. Postremo Aelia, ut Volaterranus libro ii. ait, ab Ælio Adriano dicta est. Is enim Imperator partem eius extruxit, montem caluarium, Christi sepulchrum & Golgotha, loca extra mœnia antea sita, muro cinxit. Porrò hæc olim urbs bifariam diuisa erat in superiorem scilicet & inferiorem. Superior in uertice Zionis, unà cum templo, in eiusdem montis latere sita erat. Quæ à conditore interdum arx, interdum ciuitas Dauidis nominabat. Templo autem adhærebat

hærebat inferior ciuitatis pars. Cuius quidem portæ, turres atq; piscinæ, quarum frequens in Prophetis fit mentio, diligentissime à Nehemia describuntur, ideo operæ precium esse duxi, ut eas hoc loco nominatim recenseam. Portas 15. numero inuenio, nempe שער הגיא שער
האשפות שער העין שער הצאן
שער הדגים שער הישנה שער
המים שער הסוסים שער המזרח
שער המפקד שער אפרים שער
המטרה שער בנימן שער הראשון
שער הפנים או הפנה או הפנת
E turribus autẽ urbis insignioribus sunt מגדל המאה מגדל חננאל
מגדל התנורים מגדל היוצא מבית

עוֹפֶל & הַמֶּלֶךְ הָעֶלְיוֹן מִגְדַּל הַגָּדוֹל, in qua Nathinæi habitabant. Piscinæ sex celebriores alijs reperiunt, uidelicet בְּרֵכַת הַמֶּלֶךְ בְּרֵכַת הַשֶּׁלַח בְּרֵכַת הָעֲשׂוּיָה בְּרֵכַת הָעֶלְיוֹנָה בְּרֵכַת הַתַּחְתּוֹנָה בְּרֵכָה הַיְשָׁנָה Fons unus nobilior cæteris inter portam uallis & portam stercoris situs nomine עֵין הַתַּנִּים Item inter hortos amœniores גַּן הַמֶּלֶךְ Insuper & torcularium regis fit mentio, utpote יִקְבֵי הַמֶּלֶךְ Hæc ex Nehemia, Esaia & Zacharia deprompta sunt. Cicero in oratione pro L. Flacco, hanc urbem suspiciosam ac maledicam nominat ciuitatem. Strabo uero libro 16, latronũ & tyrannorũ receptaculum

lum. Cum ita inquit Hierosolyma Magnus Pompeius ui cepit, Obseruato ieiunij die, dum ab omni opere Iudæi abstinerent, impleta fossa, & admotis scalis, iussitq́ mœnia om̃ia conuelli, qua ex re & latronum & tyrannorum receptacula, sublata sunt.

* יְרַחְמְאֵל * Regio est Allophyllorũ Hieronymo, fortasse nomen sumpsit à Ierahemele Hezeronis filio.

* יַרְמוּת * Tribus Iudæ est ciuitas, itẽ est & altera, quæ de Isscharis tribu Leuitis est data, Iosya autore.

* יִרְפְּאֵל * Ciuitas est quã tribus Manassis sorte delegit.

* יָרְקְעָם * Ciuitas est, quæ sorte mis-

sa tribui Danni obtigit, secundum
cõmentatorem hebræorum in cõ-
mentario super Paralipom.

* ישמעאלים * Ismaëlitę sunt, qui ab
Ismaële Abrahami ex Agara filio,
nomen seruant. Hij populi à Mosę
in 1. lib. מדינים ab Eusebio Agari-
ni, item & Saraceni à Sara, uocant.

* ישנה * ciuitas est, cuius in Paralipo
menis facta est mentio.

* ישראלי * Israëlita, Israëlitæ em̃ hoc
nominis acceperunt, ab Iacobo Pa-
triarcha, qui hoc cognominis me-
ruit, post initam cum deo pugnam,
Moses lib. 1. ויאמר לא יעקב יאמר
עוד שמך כי אם ישראל כי שרית
עם אלהים ועם אנשים ותוכל.

* יִתְלָה Tribus Danni ciuitas est Iosyæ.

* יִתְנָן Ciuitas est à Iudæ tribu per sortem electa.

* יִתֵּר Hæc tribus Iudæ ciuitas, ut Iosya asserit, Leuitis est adscripta.

יְתֵת Idumęorũ principũ est regio.

כָּבוּל Galilææ regio est, quæ Iosepho libro 8. lingua Phœnica à displicendo, mihi uero à terra tenaci, ob copiam argillę, qua figuli utuntur, nomen accepit.

* כַּבּוֹן Ciuitas est cui tribus Iudæ iura dicit.

* כְּבָר Fluuius, quẽadmodum apud Ezechielẽ legimus, Babylonis est.

* כִּרְב Locus est, cuius meminit Ezechiel.

* כוש Aethiopia est. Quæ à Chami filio, hoc nominis sumpsit, Quod Iosephus lib. 1. antiq. iudaic. hisce uerbis testatur inquiens. Chuso quidem nihil nocuit tẽpus, Nam Æthiopes, quorum princeps fuit, hactenus & à semetipsis & ab omnibus Asianis Chusæi uocitantur.

* כות uel כּוּתָה Regio est Persidis, à flumine Cutha, sicuti Iosephus lib. 9. scriptũ reliquit, uocata. Inde Cuthæi de quibus idem in 10. in hunc scribit modum, Salmanasar etenim transmigrans Israëlitas, in eorum regione constituit Cuthæorum gentem, quæ prius in interiori parte Persidis & Mediæ morabatur. Diodorus

dorus Siculus hosce populos Cossę- os uocat, cum ita scribit, Alexander Macedo Cossæorum gentem sum- ma fortitudine præditam, quæ Me- diæ montem incolit, superauit. Hij populi, sacrum gallum, lucis nunci- um, in cœlitum reposuerunt nume- rum. Illa enim auis, tẽporis ales ha- betur.

* כּוּבָא Locus est Lyrano & hebræ- orum cõmentatori, in cõmentario super Paralipom.

* בִּירוֹן Locus est hebræorum cõmẽ- tatori in Paralipom. lib.

* כֶּלַח Vrbs Assyriæ est, ab Asure condita, Mose in 1. lib. autore.

* כִּלְמַד In uaticinio cõtra Tyrum E-

 zechi

zechiel huius recordat̃ prouintiæ.

* כַּלְנֶה nel כַּלְנוֹ Ciuitas Babyloniæ est, quæ postea uerso nomine uel certe quæ nunc Ctesiphon appellatur, Hieronymo in hebr. quæst. teste.

* כִּמְהָם Pagus est Eusebio iuxta Bethlehemiam ciuitatem, qui ut à commentatore hebræorum in cõmentario super Hieremiam memoriæ proditum est, nomen à Cimehamo Birzelai filio accepit.

* כַּנֵּה Loci nomen est, cuius Ezechiel uates recordatur.

* כְּנַעַן Chananæa est, quæ nunc Iosepho Iudæa dicitur, à Chananæo Hami filio, nomen nacta est. Huius terminos & limites Moses in 1. lib. hiisce descripsit uerbis וַיְהִי גְבוּל

הַכְּנַעֲנִי מִצִּירוֹן בֹּאֲכָה גְרָרָה עַד
עַזָּה בֹּאֲכָה סְרֹמָה וַעֲמֹרָה וְאַרְמָה
וּצְבֹיִם עַד לָשַׁע

* כִּנֶּרֶת * In Naphthalia tribu, iuxta lacum Genesareticum, ciuitas est, quã Herodes magnificis ornauit ædificijs, atq; in honorem Tiberij Cæsaris Tiberiaden nominauit, à qua lacus & regio circumiacens, nomen inuenerunt, Iosepho iudaicarum rerũ scriptori. Ex hac fuit u rbe Iustus historicus, qui bellum à Vespasiano contra Iudæos gestum, scripsit.

* כְּסִיל * Ciuitas, quam tribus Iudæ sorte adsecuta est, in Iosyę libro.

* כְּסָלוֹן * Villa est, Euseb. in Hierosolymitanæ urbis finibus olim tribui Iudæ iacta sorte obtigit.

* כְּסָלוֹת ciuitas tribus Issacharis est Iosyæ.

* כַּסְפְיָא Regio est, quæ à Caspio mari quod & Hircanum dicitur, uocabulum adsumpsit.

* כְּעֶנֶת Apud Ezram loci nomen habetur secundum Solomonem hebræorum commentatorem.

* כְּפִירָה Hiuæorum ciuitas est, quã Beniaminia tribus ex sorte accepit.

* כְּפַר הָעַמּוֹנִי In Beniaminia tribu ciuitas est.

* כַּפְתֹּר Regionis nomen est, unde כַּפְתּוֹרִים populi, pro quibus interpretes, in Hieremia, Amoso & 5. Mosis lib. Cappadoces transtulerunt.

* כְּרִית Torrens est, à quo non procul

cul Elias se occultauit.

* כַרְכְּמִישׁ ciuitas est, ut in Paralipóm. legimus, iuxta Euphratem fluuium.

* כַרְמֶיל Mons Phœnices Carmelus, qui à pascuorum ubertate hoc nominis accepit. Est & ciuitas eiusdem nominis, quam in Iudæ tribu inuenimus. Plinius libro 5. cap. 19. Promontorij Carmeli meminit, ubi pariter scribit, in monte oppidum esse eiusdem nominis, quondam Ecbatana dictum. Sunt qui duos huius nominis montes esse tradũt, unum qua itur in Ægyptum, alterum nõ procul à mari iuxta Ptolemaidem.

* כַשְׂדִים Chaldæi, qui, ut Hieronymo

nymo placet, in hebr. quæst. a Cesedo Nahori filio, nomen retinent. Chaldæorum regio, ut inquit Strabo libro 16. Arabibus & mari Persico proxima est.

כִּתִּים Italia, a Cithimo Iouis filio appellationē seruat. Berosus Chaldæus libro 2. Italus cui nomen Citin. & idem mox in tertio sic inquit, cumq; iuisset ad regendā Citim, q̄ nunc Italiam nominant, desyderiū sui reliquit Armenis. Inde interpretes in Daniele Ezechiele & Mose Italiam uerterunt. In primo Machabæorum libro ego scriptum lego, Alexandrū Macedona, e Cethima terra ad subigēdos reges egressum esse.

* בְּתְלִישׁ Ciuitas, quam tribus Iudę sortita est.

לְבָאוֹת Ciuitas sortis Iudææ est.

* לִבְנָה Sacerdotũ est in Iudę tribu ciuitas, q̃ quõdã Iosya dux expugnauit. Est & in deserto locus, ubi 17. Israëlitarũ mansio fuit secũdum Mosen in quarto libro.

* לָבָן Loci nomẽ est in solitudine, ubi Moses quintum librum Iudaicæ genti recitauit.

* לְבָנוֹן Libanus mõs altissimus teste C. ptol. lib. 5. in Syria est, à thure qđ ibi colligit̃, dictus. Est & Antilibanꝰ utriusq; aũt mõtis ita Strabo lib. 16. recordat̃. Libanus & Antibanꝰ pari lo ultra mare in cipientes. Libanus

ultra Tripolitanum mare, circa dei faciem, Antilibanus ultra mare Sidonium desinunt, ad Arabiæ montes, qui sunt ultra Damascũ & eos qui ibi Trachani dicuntur.

* לבנת Ciuitas est, quæ Aseris trib. terminus habetur, apud Iosyam.

* לֹד Ciuitas est, cuius conditorem in Paralipom. libro Samedum fuisse legimus. Fortasse Lydda est, cuius Plin. lib. 5. cap. 14. meminit.

* לְהָבִים * Libya, quæ prius Phutensis regio, secundum Hieronymum in hebraicis quæst. appellata est, à Lehabimo Mizeraimi filio, Iosepho in 1. lib. Iudaicarum antiq. teste, nomen habet. Porrò alij dicunt, à Liby

bya Epaphi filia Busiridis matre, Li-
bycam regionem esse uocatam.
* לוּבִים uel לֻבִים Libyæ populi.
Hęc uox meo arbitratu idem est cũ
proximo uocabulo, per mutationẽ
ה in ו siquidem affines sunt literæ.
Ideo etiam latinę tralationis autor
in Nahumo Daniele & Paralipom.
Libyam pro hac transtulit dictione.
* לוֹדְבָר uel לוֹאדְבָר Loci nomen
est Samueli.
* לוּדִיִּים Lydij. A Ludo Semi filio,
tam Lydij quam Lydorum regio Io
sępho libro 1. iudaic. uetustatum au
tore, nomen seruant.
* לְוִיִּם Leuitæ, qui à Leuio Iacobi ex
Lea filio, & originẽ & nomẽ traxe-
runt.

* לוז uel לוזה Chananææ ciuitas est in Beniaminia tribu. Alias, ut apud Mosen in 1. legimus lib. בית־אל nuncupata, cuius hæc sunt uerba ויבא יעקב לוזה אשר בארץ כנען היא ביתאל Est & altera in Hitima terra a ueteris Luzæ proditore, cõdita, secundũ autorẽ, qui hebræorũ Iudicum historiam persequutus est.

* לוחית Mons est Lyrano, & Iudęorum cõmentatori super Esaiam. Eusebio autem Pamphilo, uicus inter Areopolim & Zoaram est.

* לוטן Vrbs est Idumæorum ducũ Eusebio Pamphilo.

* לחי uel רמת לחי Locus est, cui Sãpson nomen indidit.

* לָחֶם Locus eſt, cuius in Paralipo-
menon libris ſit mentio.
* לַחְמָס Oppidum eſt, quod Iudæ
tribui ſors tulit,
* לַיִשׁ Aliâs לֶשֶׁם item דָּן ciuitas
eſt, non procul à Zidone. Quod au-
tor in Iudicum libro ſic approbat
שֵׁם הָעִיר דָּן בְּשֵׁם דָּן אֲבִיהֶם אֲשֶׁר
יוּלַּד לְיִשְׂרָאֵל וְאוּלָם לַיִשׁ שֵׁם
הָעִיר לָרִאשֹׁנָה A Ptolomæo Pan-
nias dicitur.
* לָכִישׁ Vrbs eſt, in qua Iaphia ſuã
quondam habuit regiam, à Ioſyá
deinde expugnata fuit, & miſſa ſor-
te, Iudæ obuenit tribui. In hac por-
rò Amazia rex à coniuratis uita pri-
uatus eſt.

*לבנה in Iudæ tribu locus eſt, cuius autor in Paralip. hiſtoria meminit.

*לקום Ciuitas eſt, quæ Naphthaliæ tribus terminus eſſe ſcribitur.

*לשם Aliâs דן item & ליש Danię tribus ciuitas eſt, quæ tandem à Philippo Tetrarcha ſenioris Herodis filio in honorem Tiberij, ſicuti Volaterranus libro 11. ſcribit, Cæſarea Philippi appellata eſt. Vulgo à barbaris nunc Belina uocitatur.

*לשע Ciuitas eſt, quæ diuo Hieronymo in hebr. quæſt. Callirhoë dicitur. Ibi enim aquę calidæ prorumpentes in mare mortuum defluunt.

מאוזל Loci nomē eſt, cui9 Ezechiel meminit.

* מִבְצָר Ciuitas eſt Idumæorũ principum Moſi. Hanc ad ſuam uſq; memoriam Hieronymus grandem uicum in Gabalena regione, iuxta petram urbem, fuiſſe ſcribit.

* מַגְבִּישׁ Mihi apud Ezram ſcriptorem, loci nomen eſſe uidetur.

* מָגוֹג Bambyce eſt, quæ ut Plinius libro 5. cap. 23. tradit, alio nomine Hierapolis uocatẽ, Syris uero Magog. Ibi prodigioſa Atargatis, Grecis autem Derceto dicta, colitur. Vrbs autem primum a Magogo Iapeti filio appellationẽ retinet. Hunc ſicuti Beroſus lib. 5. approbat, Babyloniorum rex in Aſiam, ut regnũ conſtitueret, miſit. Inde Scythæ, qui

primum Magogi dicti sunt, genus ducunt, autore Iosepho lib. 1. iudaicarum antiquitatum.

✱ מַגְדִּיאֵל ✱ Ciuitas Idumæorum est ducum.

✱ מִגְדֹּל Vrbs teste Hier. Ægypti est Hęc ab Herodoto lib. 2. Magdalus dicit, ubi Necus rex Ægyptiorũ cũ Syris cõgressus, uictoria est potitus.

✱ מְגִדּוֹ uel מְגִדּוֹן in Manassis tribu ciuitas est Iosyæ, ubi Iosyas rex occisus esse legitur.

✱ מִגְדַּל־גָּד ciuitas tribus iudæ est.

✱ מִגְדַּל־אֵל Ciuitas Naphthaliæ est tribus.

✱ מִגְרוֹן Ciuitas est Lyrano, in commentario super Esaiam.

* מָדוֹן Iobabi regi ciuitas est, in Chananæa regione.

* מָדַי Medorum est regio, cui Medus Iapeti filius, ut Iosephus libro 1. antiquitatum iudaicarũ dicit, nomẽ dedit. Porrò Stephano à Medo Medeæ filio, Dionysio Aphro à Medea, quæ ueneno, nato, quem ex Ægeo susceperat, necato, huc ex Athenis fuga sibi cõsulens, profugit, Media appellationem sumpsit.

* מִדִּין Ciuitas tribus Iudæ est.

* מִדְיָן Vrbs est circa rubrum mare sita, nomen habens à quodam Abrahami filio è Cethura progenito. Inde Madianitæ dicti secũdũ iudaicarũ rerũ scriptorẽ in altero libro.

* מַדְמֵנָה Ciuitas eſt, quę in ſortem tribus Iudæ ceſſit. Hæc, ni fallor, à ſtercore, quemadmodũ Lutetia à luto, nomen ſibi uendicat.

* מוֹאָב Vrbs Arabiæ eſt, quæ aliâs ut Euſebius refert, Areopolis dicitˀ, à filio Loti, ex natu grandiori filia, nomen & urbs & regio, acceperũt. Huius regionis populi, Comum, cõmeſſationis choreæ'q; numen, uenerati ſunt.

* מוֹרֶה uel מוֹרִיָּה Collis eſt, quem quidam eſſe ferunt à latere Zionij montis. Eſt etiã huius nominis quercetum, cuius Moſes in 5. meminit libro in hunc modum מוּל הַגִּלְגָּל אֵצֶל אֵלוֹנֵי מוֹרֶה

* מוֹלָדָה Ciuitas est, in Iudæ tribu. Reperitur & altera in Simeonis sorte apud Iosyam.

* מוֹסֵרָה uel מֹסֵרוֹת 27 Israëlitici populi mansio fuit, morte & sepulchro Aharonis insignis.

* מְחוֹלָה Loci nomen est.

* מְחִירָא Locus est cuius Ezras recordatur.

* מַחֲנֵה דָן Locus est, cui Danni posteri, indiderunt nomen.

* מַחֲנַיִם Ciuitas est confugij atque Leuitarum, in Gaddi tribu.

* מֵיְדְבָא Diuo Hieronymo Arabiæ urbs est.

* מֵי הַיַּרְקוֹן Ciuitas Danniæ est tribus.

מֵי מְרִיבָה uel מְרִיבָה Nã utrunq; reperitur. Locus eſt, in quo cũ Moſe, Iſraëlitæ contenderunt.

מֵי מֵרוֹם uel מֵרוֹם Ioſye, loci nomen eſt.

מֵי נִמְרִים Huius loci Hieremias recordatur.

מֵי עֵין שֶׁמֶשׁ Terminus eſt iudaicæ tribus ad Aquilonem Ioſyæ.

מֵי פַעַת uel מֵפַעַת Leuitarum ciuitas eſt, in Rubenia tribu.

מַכְבֵּנָה Nomen loci eſt, cuius in Paralipom. libro fit mentio.

מִלּוֹא Ephraimæ tribus in Chananæa regione, ciuitas eſt.

מַמְרֵא Quærcetum eſt iuxta Chebrona, nomen ſeruans à Mamra A-
moræo

moræo Moses libro primo וְהוּא
שֹׁכֵן בְּאֵלֹנֵי מַמְרֵא הָאֱמֹרִי אֲחִי
אֶשְׁכֹּל וַאֲחִי עָנֵר וְהֵם בַּעֲלֵי בְרִית
אַבְרָם Et idē ibidem בְּאֵלֹנֵי מַמְרֵא
אֲשֶׁר בְּחֶבְרוֹן Porrò מַמְרֵא etiam
pro ipsa Chebrone sæpe ponitur:
Mo.lib.1. עַל פְּנֵי מַמְרֵא הוּא חֶבְרוֹן
Et idem autor mox in eodem loco:
וַיָּבֹא יַעֲקֹב אֶל יִצְחָק אָבִיו מַמְרֵא
קִרְיַת הָאַרְבַּע הוּא חֶבְרוֹן Errat Boc-
cacius qui Mambre montem esse
iuxta Chebrona scribit.

מְנַחַת Ciuitatis nomē est hebr. cō-
mentat. in cōmentario super Paral.
מִנִּי Regio est cuius meminit Hier. in
hūc modū הַשְׁמִיעוּ עָלֶיהָ מַמְלְכוֹת
אֲרָרָט מִנִּי וְאַשְׁכְּנַז Coreus uates
Psal

Pſalmo 45 ita cecinit מִן הֵיכְלֵי שֵׁן מִנִּי Diodorus Siculus lib. 4. de fabuloſis antiquorum geſtis ſcribit, Minæos populos unà cum Genæis gentibus thus ex Arabia aſportare Quid ſi tam regio, quàm incolæ, à Mene Ægyptiorum rege nomen ſumpſiſſent: Quem Herodotus lib. 2. primum mortalium regnaſſe tradit.

* מִנִּית Vrbs Ammonitarũ eſt, iuxta quã Ipetachus Ammonitas bello oppreſſit.

* מְנַשִּׁי Hominem, qui eſt è Manaſſis tribu, ſignificat. Hæc porrò tribus, à Manaſſe Ioſephi filio cognomen traxit.

* מַסָּה Locus est in solitudine, qui à tentando nomen inuenit, siquidem ibi Israëlitæ deum tentarunt. Moses lib. 5. לֹא תְנַסּוּ אֶת יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם בַּאֲשֶׁר נִסִּיתֶם בַּמַּסָּה

* מַעֲגָלָה * Locus in hebræorum Iudicũ & Regũ historia est, qui haud dubie à quadrigarum munitione, nomen inuenit.

* מַעֹון ciuitas est, quam sors Iudæ tribui obtulit.

* מַעְיַן מֵי נֶפְתּוֹחַ * Loci nomen est in Iosyæ libro.

* מַעֲכָה Mihi ea Syriæ pars esse uidetur, quæ Comagene dici solet. Fortasse à Nahori filio id nominis accepit, uide quæ superius in Arami

mi uocabulo retulimus.

מַעֲלֵה גוּר Locus est, non procul ab Ibeleama ciuitate, ubi Ahasia rex inseliciter pugnauit.

מַעֲלֵה אֲרֻמִים Pagus est Iosyæ. quem Iudæ tribus sorte acquisiuit.

מַעֲלֵה עַקְרַבִּים id est scorpionum collis. Hic, ut Iosya ait, Iudæ tribus ad meridiem, limes est.

מַעֲלֵה הַזֵּיתִים alias הַר הַזֵּיתִים mõs oliuarum est, qui nõ procul ab Hierosolymis distat. Nam Egesippo teste, lib. 5. tantũ ciderone ualle à ciuitate separatur.

מַעֲלֵה הַצִּיץ cliui nomen est, cuius autor in altero Paralipomenon libro meminit.

* מֵפַעַת uel מֵי פַעַת Ciuitas est, quę de Rubenia tribu Leuitis est attributa.

* מֹת Memphis urbs Ægypti, quam secundum Herodotum lib. 2. Menis rex, secundum uero Eusebium, Epaphus filius Io, cum in Agypto feliciter imperium administraret, condidit. Ego in quibusdam exemplaribus pro מֹות sæpe נֹות scriptum comperio.

* מְצֻדַת uel מְצֻדַת צִיּוֹן alias עִיר דָוִד Samuel lib. 2. וַיִּלְכֹּד דָּוִד אֵת מְצֻדַת צִיּוֹן הִיא עִיר דָּוִד autor in 1. Paralipom. lib. וַיֵּשֶׁב דָּוִיד בַּמְּצָד עַל־כֵּן קָרְאוּ לוֹ עִיר דָּוִיד

* * מִצְפָּה Ciuitas est, quam Beniaminia tribus, in diuisione possedit.

* מִצְפָּה Ciuitas est, quam apud Iosyam in tribu tam Iudæ quam Beniamini inuenimus.

* מִצְרַיִם Ægyptus est, ab Hami filio, id nominis accepit. Aliâs etiam Hami terra, ut paulo ante in Hami uocabulo diximus, dici solet. Dauid Psal. 105. וַיָּבֹא יִשְׂרָאֵל מִצְרָיִם וְיַעֲקֹב גָּר בְּאֶרֶץ חָם Ægypti reges Pharaones quēadmodū Romanorum Imperatores, Cæsares appellati sunt. Porrò Ægyptiaca natio nō paucis animantibus quæ etiam ratione carent, propter beneficia diuinitatem tribuit.

* מַקְהֵלוֹת 22. Israëlitarum mansio fuit.

* מַעֲרַת Ciuitas est, quam sors in diuisione Chananææ tribui Iudæ obtulit. Huius ciuitatis regem Iosyas quondã cum toto interfecit populo.

* מִכְסָ Loci nomen est, sicuti autor in primo Regum Iudæorum libro clare ostendit.

* מָרֵשָׁה uel מָרֵאשָׁה tribus Iudę est ciuitas, Eliezeri & Michęæ prophetarum natiuitate clara.

* מָרָה Id est amaritudo. Quinta Israelitarũ mansio fuit. Ibi enim Moses iactu ligni, amaras aquas in dulcem uertit saporem. Verba Mosis ex 2. lib. hęc sunt וַיָּבֹאוּ מָרָתָה וְלֹא יָכְלוּ לִשְׁתּוֹת מַיִם מִמָּרָה כִּי מָרִים הֵם עַל כֵּן קָרָא שְׁמָהּ מָרָה

✻ מרום ✻ Locus in chananæa eſt, Hũc Hieron. uicũ eſſe tradit in XII lapide ab urbe, cui Sebaſte nomẽ eſt
✻ מְרִיבָה ✻ In ſolitudine locus eſt, ubi Iſraëlitæ cum Moſe litigarunt.
✻ מַרְעֲלָה ✻ Oppidum eſt, & limes, teſte Ioſya, Zabuloniæ tribus.
✻ מַשׁ ✻ Meſaniorũ prouintia eſt, quę nũc Arax uocat̃, autore Ioſep. lib. I. iud. antiq. & nomẽ à Maſo Arami filio ſeruat. Ab hoc uero Hieron. in hebraicis quæſtionibus Meones traxiſſe originem, refert.
✻ מֵשָׁא ✻ Indorũ regio eſt Euſeb. q̃ Iactã posteritas incoluit. Huius regionis Moſ. in I. lib, recordari ſolet in hũc modum וַיְהִי מוֹשָׁבָם מִמֵּשָׁא
בֹּאֲכָה סְפָרָה הַר הַקֶּדֶם

* מִשְׁאָל uel ut Paralipom. autori placet; מִשְׁל ciuitas est, quæ de tribu Aseris Leuitis à Iosya adscribit.
* מֶשֶׁךְ Vrbs Mazaca, quemadmodum Hieronymo in hebr. quæstionib. uidetur, est. Iosephus in 1. hebraicarum uetustatum libro, scribit à Mesecho Moschinos, qui postea Cappadoces dicti sunt, nomen sum psisse. At Pratensis Fœlix Psal. 119. pro hac uoce non Cappadociam, sed Hetruriam transtulit. Mihi non displiceret, si quis Moschos quos iam Moscouitas uocamus, ab hoc Mesecho Iapeti filio traxisse originem crederet.
* מִשְׁאָל in Asseris tribu ciuitas est,

Aliâs מִשְׁאָל cuius paulo ante mentionem fecimus, nominatur.

* מִשְׂרֵקָה * Idumææ ciuitas est, Samlæ regis regia. Hãc Philo à uano uectigali traxisse nomen adfirmat.

* מִשְׂרְפוֹת מַיִם * id est adustiones aquarum, locus est ut mihi uidetur, ubi excoquunt aquam ad ignem, refrigerandoq; salem faciunt. Hebræorum cõmentator in cõmentario super Iosyam scriptũ reliquit quod maxime ad explanationem huius loci facit, hisce fermè uerbis מִשְׂרְפוֹת מַיִם inquit salinæ sunt, ubi aqua maris ducitur ad fossas, ad hunc usum factas, & sole siccatur.

* מַתָּנָה * Ciuitas est in Arnone Eusebio.

* מִתְאָר limes Zabuloniæ tribus eſt ſecundum Ioſyam.

* מִתְקָה XXV Iſraëliticæ gentis manſio eſt.

נא Vrbs eſt in littore Ægyptij maris, iuxta Mareotim lacum quæ poſtea ut Hieronymus in Epitaphio Paulæ memorat, Alexandria ab Alexandro Macedone conditore dicta eſt. Cum diuo Hieronymo Ionathan Chaldæus, & latinæ tralationis autor, concordant, hij enim ubiq; pro hoc uocabulo Alexandriam uerterunt. At LXXII interpretes in Nahumo χορδὴν in Ezechiële nonnunquam διόσπολιν nonnunquam μέμφιν tranſtulerũt. Porrò huius A-

lexdriæ reges, Autore Iosepho lib. 8. iudaicarnm antiquitatum, Ptolomæi dicti sunt.

* נֹב uel נֹבָה Samueli ciuitas est sacerdotum.

* נְבוֹ Ciuitas est in Rubenia tribu. Est & mons Moabitarũ eiusdem nominis, qui aliâs הַר הָעֲבָרִים appellatur, Mose teste, cuius uerba è quinto libro hæc sunt עֲלֵה הַר הָעֲבָרִים הַזֶּה הַר נְבוֹ אֲשֶׁר בְּאֶרֶץ מוֹאָב אֲשֶׁר עַל פְּנֵי יְרֵחוֹ

* נֹבַח Aliâs קְנָת ciuitas tribus Manassis est, nomẽ à Nobacho duce qui eã primò in deditionẽ recepit habet

* נְבָיוֹת Nabathea regio est, à Nabacho Ismaëlis filio nomen habens.

Quæ

Quæ ab Euphrate, usq; ad mare ru-
brum hodie, inquit Eusebius, Naba-
tena, quæ pars Arabiæ est, dicitur.
Est autem populosa terra & pascuis
abundans. Huius dictionis meminit
Iuuenalis in hoc uersu. Et quos de-
posuit Nabathæo belua saltu.

✻ נבשן Sortis Iudæ ciuitas est.

✻ נחלל Ciuitas Leuitarum est, in
Zabulonia tribu.

✻ נוד Locus est, in quo Cainus ha
bitauit, secundum Iosephum libro
primo antiquitatum iudaicarum.
Hoc uero Hieronym. in hebraicis
quæstionibus negat. Verba Mosis
è 1. lib. unde lis oritur hęc sunt וישב
בארץ נוד קדמת עדן

* נָוֹית Locus eſt in Ephraimi mõte, iuxta Ramatha, ad quem ſe Dauid ob Saulis metum, recepit, ſecundũ hebręum Samuëlis cõmentat.

* נַחֲלִיאֵל Locus eſt ubi Iſraëlitæ caſtra fixerunt. Euſebio autore.

נַחַל קָנָה Fluuius eſt, qui ab arundinibus quibus abundat, nomẽ accepit.

* נַחַשׁ Oppidi nomen eſt, ſecundũ Paralipomenon autorem.

* נְטֹפָה Locus eſt ſecundum Ezram

* נִינְוֵה Quæ Euſebio Niſibis. Mihi uero Ninus urbs Aſſyriæ eſt, ab Aſure, ut Moſes in primo refert libro condita. De hac urbe ita loquit̃ Plinius lib. 6. cap. 13. Ninus impoſita Tigri ad ſolis occaſum ſpectãs, quõdam

dam clarissima, à Nino rege, qui & secundum Zenophōta Assur dictus est, condita. Hæc Ionæ uatis obtemperasse uocibus dicitur.

* גִּמְרָה Ciuitas est Rubeniæ tribus ualde fertilis in Gileadi terra quemadmodū Moses in 4. tradit libro.

* גִּמְרִים ut Esaiæ liber indicat, Moabitarum est ciuitas.

* גַּעַת Zabuloniæ tribus limes est apud Iosyam.

* גְּעִיאֵל Ciuitas, quæ secundum Iosyam, Aseris tribus est terminus.

* גַּעְמַת Ciuitas est in Iudæ tribu.

* גַּעְבָן Locus est, cuius in Paralipomenis fit mentio.

* גַּעֲרָתָה Limes est, quod Iosya non

negat Ephraimiæ tribus.

* גַּת Ægypti ciuitas est, require ea quæ in מֹת uocabulo diximus.

* גַּפַּח Locus est, cuius Moses in 4. meminit libro.

* נְפִלִים Latrones sunt, seu tyranni, qui, ut mihi non displicet, inde nomen habent, quod suis uiribus mortales obruant. Interpretes eos Gygantes uocant. Horũ Moses in 1. recordatur libro.

* נֶפְתּוֹחַ Fons est in Beniaminia tribu. Huius fontis Iosyas meminit.

* נַפָּת Hæc in Manassis tribu ciuitas est.

* נְצִיב Ciuitas est in Iudæ tribu.

* נֶקֶב Hoc oppidum in Iosyæ libro

Naphthaliæ tribus limes esse legit.

* נַתּוֹן Oppidum est Iosyæ in Zabulonia tribu.

* נְתִינִים Nathinæi sunt, hijs negotium erat datū, ut Hierosolymitanis sacerdotibus necessaria suppeditarent. A porrigendo enim id quod habēt nominis sunt adsecuti. Hij in Ophelo, quēadmodum Nehemias testatur, habitarunt.

סְבָא Saba Arabū metropolis, unde Sabæi populi, qui felicē Arabiam incolunt, sunt dicti, tā urbs q̄ populi a Saba Chusi filio, secundū Iosephū nomen habent, & nō ἀπὸ τοῦ σέβειν quod sacrificare est

eo quod thus regio mittat quo in sacrificijs utimur. Quanq̃ thuris copia sit Sabeis, Verg: Solisq́; est thurea uirga Sabeis. Et alibi: centumq́; Sabæo thure calent aræ. Strabo lib. 16 felicissimam Sabæorũ terrã scribit, non tantum thus uerum etiã & mirrham cinamomum & in ora etiam balsamũ proferre.

* סִבְרַיִם Locus est cuius ita meminit Ezechiel inquiens סִבְרַיִם אֲשֶׁר בֵּין־גְּבוּל דַּמֶּשֶׂק וּבֵין גְּבוּל חֲמָת

* סַבְתָּה Sabathenorum regio, à Sabatha Chusi filio nomen adepta est, Sabatheni Iosepho Astabari dicũt.

* סְדֹמָה Sodoma Syriæ ciuitas est, quam Moses in 1. lib. ob incolarum

libidinẽ

libidinem in mares, extemplo fla-
grasse testatur. Strabo lib. 16. scriptũ
reliquit, Sodomã fuisse metropolim
XIII ciuitatũ, quarũ nõnullæ absor-
ptæ sunt, nonnullæ, ab ijs quicunq;
fugere potuerunt, derelictæ. Pro-
pterea q̃d in eo loco, ex terræmoti-
bus, & ignis afflatu & aquis calidis
bituminosisq; ac sulphureis, lacus e-
ruperit, igniferæq; petræ natę sint.
* סְוֵנֵה Syene urbs in confinio Æ-
thiopiæ supra Alexandriam meri-
diem uersus quinquaginta millia sta-
diorum, quæ recte sita est sub ęstiuo
tropico, hoc est sub cancro in extre-
mo torridæ zonæ. Inde fit cum sol
ad cancrum uenit in medio solstitij

die

die, supra uerticem urbis candens, nullam prorsus umbrā facit. Lucanus libro 2. atq; umbras nusquā flectente Syene. Hæc Stephano à Syeno Daeti filio cognomē adepta est.

* סין Eremus est, in quo octaua Israëlitarum māsio fuit. Latinus Ezechiëlis interpres pro hac dictione, Pelusium transtulit.

* סיני Qui & הר אלהים Mons est Arabię altissimus, ubi Mosi lex diuinitus est data. Plin. lib. 5. cap. 11. tradit Arabiā Casio mōte esse nobilē.

* כבבה Oppidū est in Iudæ tribu.

* סכות Tribus Gaddi ciuitas est, cui Iacobus Patriarcha nomē imposuit De hac Moses in 1. libro ita scribit:

וְיַעֲקֹב נָסַע סֻכֹּתָה וַיִּבֶן לוֹ בָּיִת וּלְמִקְנֵהוּ עָשָׂה סֻכּוֹת עַל כֵּן קָרָא שֵׁם הַמָּקוֹם סֻכּוֹת. Est & regio Graecis τρωγλοδύτις dicta, quae ad rubrum excurrit mare, ubi סֻכִּיִּים hoc est Troglodytae habitāt. Est pariter & loci in Aegypto nomen, ubi fuit altera Israëlitarum mansio.

✱ סֶלַע Metropolis est Petra, à qua Arabia petrea, appellationē seruat.

✱ סַלְכָה in Basania regione ciuitas est

✱ סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת ✱ Id est diuisionis petra, in Iudę tribu mōs est, de quo in hunc modum Samuel scribit וַיָּשָׁב שָׁאוּל מִרְדֹף אַחֲרֵי דָוִד וַיֵּלֶךְ לִקְרַאת פְּלִשְׁתִּים עַל כֵּן קָרְאוּ לַמָּקוֹם הַהוּא סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת

* סֶגַח Petræ nomen eſt. De hac in בָּוֹצָר uocabulo diximus.
* סַנְסַנָּה Ciuitas eſt in Iudæ tribu.
* סְפָרָד Hiſpania eſt, ſecundum hebræum Abdiæ uatis cõmentatorẽ & chaldęum interpretem. At Lyrano locus eſt in Babilonica regiõe.
* סְפָרָה Mons Indiæ eſt Euſebio.
* סְפַרְוַיִם Aſſyrię ciuitas eſt, de qua in Regũ libro legit. Hęc אַדְרַמֶּלֶךְ & עֲנַמֶּלֶךְ deos coluit, atq; in honorem, parentes igne ſuos cremarunt liberos. Vnus à regia maieſtate aliter à dandis reſponſis nomẽ trahit.
* סִרָה Locus eſt qui ſecundum Ioſephum, uiginti ſtadijs ab Hebrone diſtat.

עֶבְרוֹן In nonnullis exemplaribus עֶבְרֹן item & עֲבֵרֹן legitur, sed utrunq; corrupte, ciuitas est sacerdotũ in Aseris tribu.

* עִבְרִיִּים Hebræi sunt, qui Iosepho & Eusebio autorib. ab Hebræo Selahi filio, traxerunt originem.

* עֲבָרִים alias נְבוֹ Mons Moabitarum est morte Mosis inclyti atq; primi hebræorum ducis insignis.

עֶבְרֹן uel עַבְרֹנָה xxx Israelitarum mansio est.

* עַבְדּוֹן Ciuitas est, quæ in Iosyæ libro tribus Aseris terminus esse legitur.

* עֶגְלוֹן uel עֶגְלוֹנָה in Iudæ tribu est ciuitas, q̃ Iosya dux expugnauit.

* עריתים Ciuitas est in Iudæ sorte.

* ערלם Oppidum est quod Iudę tribus sorte obtinuit.

* ערן Amœnissima orientis regio est, cuius non uno in loco Ezechiel propheta mentionem facit.

* ערערה Ciuitas est, quam sors Iudæ ditioni destinauit.

* ערעיה Ciuitas est, cuius in Paralipomenis fit mentio.

* ערר Ciuitas est, quam sors Iudæ tribui obtulit.

* ערא Locus est, cuius autor Paralipomenon recordatur.

* עוה Ciuitas est, cuius Regum hebræorum historia meminit.

* עוים Ciuitas est in Beniaminia tribu

bu ſita. Porrò עַוִּים etiā populi ſunt, quorū Moſes in 5. libro, ita meminit
וְהָעַוִּים הַיֹּשְׁבִים בַּחֲצֵרִים עַד עַזָּה
Huius etiam nominis gentes, ut ultimus Iudęorū Reg. liber oſtēdit, ſuos deos, in canis & aſini effigie coluer*

* עֲוִית Idumęę eſt ciuitas, Qua (rūt. quondam Adadus rex, pro regia u ſus fuit. Moſe teſte.

* עוּץ Regio eſt, in qua Iobus uixit, nomen, ab Arami filio ſeruans. Is ſecundū Ioſephum atq; Hieronymum Trachonitidis & Damaſci cōditor extitit. Nam principatū tenuit inter Paleſtinā & Cœloſyriā. Huius ditio in Iobo à LXXII interpretib. αὐσίτιδις quaſi Huſitidis dicitur.

* עַזָּה Gaza ingens & admodũ munita urbs est Palestinæ, iuxta Ægyptum, olim in Iudæ tribu fuit. Vocabulum in Persica lingua, sicuti Mela lib. I. refert, ærarium significat. Nam in hanc urbem Cambises cũ armis Ægyptum peteret, belli opes & pecuniam intulit.

* עֲזֵקָה Ciuitas est, quæ missa sorte in Iudæ tribum cecidit.

* עַטְרוֹת אַדָּר Terminus est tribus Iudæ.

* עֲטָרוֹת Oppidum est in Gaddi tribu.

* עַטְרֹת שׁוֹפָן Ciuitas est, quam Gaddi tribus, diuisis per sortem locis possedit.

אר

* עַי Duæ ſunt huius nominis ciuitates, una ſita eſt ultra Iordanem, ad orientalem plagam Bethelis in Amoræorum regione. Altera uero à Ioſya duce expugnata, & incendio abſumpta eſt.

* עֵיבָל Mons eſt, qui non longe ab Hiericunte diſtat. Hic fortaſſe ab Ebalo leccotani filio, nomen ſibi uendicat.

* עִיּוֹן Ciuitas eſt, quam, ut hebræorum Regum narrat hiſtoria, rex Aſſyriorum pugnando cepit.

* עַיִן Ciuitas ſacerdotum eſt, quæ a Ioſya diligentiſſimo iudaicæ regionis ſcriptore, tam Iudæ quam Simeonis tribui adſcribitur.

* עֵין גֶּדִי Alias חַצְצוֹן תָּמָר nominatur à Paralipo. autore hijsce uerbis וְהִנָּם בְּחַצְצוֹן תָּמָר הִיא עֵין גֶּדִי Fuit autem Engada oppidum, ut Solinus scribit, infra Essenos, sed excisũ est, uerũ inclytis nemoribus adhuc durat decus, lucisq; palmarum eminentissimis, nihil uel de æuo uel de bello derogatum.

* עֵין גַּנִּים Ciuitas sacerdotum fuit, in Issascharis tribu. Est & altera eiusdem nominis in Iudæ sorte secundũ Iosyam.

* עֵין חַדָּה Ciuitas est, in Issascharis ditione.

* עֵין רֹאר uel עֵין דּוֹר in Manassis tribu est oppidum.

* עֵין תַּפּוּחַ Hic locus, in Iosyæ libro Manassis tribus terminus est.

* עֵיטָם Ciuitas est in Simeonis tribu secundum Paralipomenō autorem. Est etiam, ut Iosephus libro 5. iudaicarum antiquitatum tradit, munitę petræ in Iudæ tribu nomen.

* עִיֵּי הָעֲבָרִים XXXVIII Israëlitarū mansio est, in Moabitarum finibus. Quæ etiam à Mose libro 4. עִיִּים dicitur.

* עִיִּים Ciuitas tribus Iudæ est.

* עֵינָן Ciuitas est, quam sors Iudæ tribui obtulit.

* עֵינָן Ciuitas est, quæ sorte ducta tribui Iudæ obuenit.

* עֵילָם Elymais regio Persidis,

 à filio

